

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IX. Quàm utilis ac necessaria sit orationis, & mortificationis mixtura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Intellectu succedat voluntas. Hæc ubi a Memoriâ. A. desinunt. Ita ego, ajebat ille, instar infantis sibi nescientis, aut instar irrendici centonibus operti, fame conserui, scabie horridi, ope omnium defituti. Deo meo me fistam, & caussam meam cum verbis, tum gemibus ac lacrymis perorabo.

Psal. 50. v. 2.

Aug. 1. 2.

Conf. f. c. 1.

Hic is qui meditatur, annales vitæ sua relegat, historiam longam, sed proflus fœdam. Heu quot absurdia, quot stulta, quot obfrena, non solum cogitata, sed dicta & facta! Hic opportunum erit ex Augustino querere: Quid est peccatum? B. Non iste sapientius momentis ponderans Augustinus: *Quisvis*, ait, *quid esset iniquitas?* Et non inventi substantiam, sed a summa substantialitate a Deo detortam in infinitam voluntatis perversitatem. Quid igitur est peccatum aut peccata? Aeterna ratione temere obstatere, divinae providentiae reluctari, & omnem turbare ac invertire rationem. Quid est peccatum? *Audacia* projectissima, quæ favores Dei spernit, & abjecit, quæ omnia auxilia divina negligit, & repellit. Quid est peccatum? *Mægaritur* & uniuersum gratiarum & donorum cælestium, sanguis a Christo fusi & hausti vomitus. Quid est peccatum? Omnis ordinis inversio, orbis universi perturbatio, rerum creatarum omnium luxus aut interitus. Quid est peccatum? Belluarum omnium immanissima, monstrorum omnium mortuissimum, quod litteras, quibus homini jus cœli transcriptum, acerat, & Christo in os contumeliosissime proicit. Quid est peccatum? Avernales prodigium, quod Christi promerita repudiare, Christum crucifigere, Christi languinem calcare audet. Quid est peccatum? Sumnum & unicum orbis malum. Tolle peccatum, & nullum nobis malum nocebit. Sed quæramus ulterius: Et quis es tu, qui peccasti? quantus es Angelo, quantus es toti celo comparatus? Heu cinis, umbra, nihil! Et quantum est cælum cum Deo compositum? Nihil! Tu igitur quis eris collatus Deo? Heu longè minus nihilo. Exurgat hic voluntas, & in seipsum excedenscat. Hic exclamans locus: *Pater, peccavi in celum & coram te; jam non sum dignus nominari filius tuus: Minor sum cunctis miserationibus tuis.* Sed statuo firmissime, tuis deinceps legibus parere.

Luc. c. 15. v. 21.

Gen. c. 32. v. 10.

Hoc modo Memoriam, Intellectum & Voluntatem exercet Meditatio. Cæterum modus orandi optimus est, quem subjecimus.

§. V.

Refert Ioannes Gerlon, eximium Dei servum dicere consueisse: Quadraginta iam anni decurrent, ex quo summis studiis artem Grandi condiscere conatus sum, atqui toto hoc tempore meliorem ac succinctiorem, nerviosiorémque orationis modum non deprehendi, quam eum, quem infantes & mendicantes docent. Cum pauper scholasticus ante ædes, nescio quod triviale carmen decantavit, quantà patientia, quo flexi oculorum, quā submissione expectat, dum nummulus cupreus, aut panis frustillum per neferas projiciatur, nec expulso, cur non panem integrum, cur non gallinam assam, aut potius philipeum dejicant: gratias agit de obolo, de pane mucido. Ita mendiculi volantem rhedam pavido cursu sequuntur, & pene adorant, dum interius scutellam lignacem exporrugant, ut vel infinitæ monetæ assam accipient. Nonnunquam post expromptam omnem eloquentiam, post fatigationem sterilissimam vacua redeunt scutellâ, nec ramen alios atque alios rogare

Optimus orandi modus.

A. desinunt. Ita ego, ajebat ille, instar infantis sibi nescientis, aut instar irrendici centonibus operti, fame conserui, scabie horridi, ope omnium defituti. Deo meo me fistam, & caussam meam cum verbis, tum gemibus ac lacrymis perorabo.

Quam orandi formulam Monarchæ sanctissimo Davidi perquam suis familiarem, e psalmis compluribus manifestum. Nam modò pauperis, modò ægroti, modò vulnerati, modò mendici, modò spoliati personam induit. Oratio mendicorum optima. Oratio humiliante vestita displicere non potest. Testis loquitur experientia non paucos hanc orandi formulam ad insignem vice sanctimoniam pervenisse. Ab imitemur! Facillima erit hæc imitatio volenti.

Exstat de frequente Communione liber viri religiosi D. Brunonis familiâ manuscriptus. His de beato Ignatio ejusque sociis copiosius narrantur, quæ in compendium confero. Ibat Ignatius cum suis pedes Barcinonam, suas singuli sarcinulas gestabant. Quibus vir, nescio quis, occurrit, impense rogans, suam quisque sarcinam sibi in eam rem satis robusto traderet. Negant socii, urget alter & infat importuniōr, ne cui videatur hoc onus minus seriō deposcere. Et verò abitum se negat, dum annuerent in hanc via societatem. Tam amicis precibus vidi cesserunt tandem, quod hominem lacertorum ac validum viderent. Ita iter institutum prosequuntur. E viâ digressi ad hospitium, singulos sibi angulos delegerunt singuli, ut tanto quietior esset oratio, quanto remotior à turbâ & colloquiis. Vider hoc itineris comes, sarcinam bajulus, & sociorum factum æmblatus, fixis humi genibus, ut potest, orat. Post orationem socii quadrâ minime lauta refecti, eodem comite resuunt iter dumque diversa inter se ultrò citroque sermocinantur, quærent ex homine, quidnam in angulo illo latians fecisset? Quibus illis candidè: *Hoc, inquit, solùm habui dicere: Domine Deus, hi viri sancti sunt, & ego iumentum ipsorum cliticorum, quod ipsi dicunt & faciunt, hoc & ego. Subiugit verò scriptor, virum illum adeo precesile ab hoc orandi proliudio, ut sublimè ac rarum orationis donum sit consecutus. Et quis simili orationis formâ non possit uti?*

Quisquis ad virtutis celsas egedenit, cupit, hoc calle incedat, alioqui eò, quod destinavit, non perventurus. Absque meditatione animo nil satis insigtitur. *Gustate Psalm. 33. & videite, quoniam suavis est Dominus. Gustamus & videamus meditando. Quoties est templorum cathedris illud intonat: Considerate quæ dicuntur, considerate. Considerate vehementer, clamat Hieremias, & videite, si est factum hujuscemodi. Aspice & considerate. Quoties Christus ipse hortatur: Considerate corvos, considerate lilia agit: Non considerat qui non meditatur, & voluntate in impellit, ut quorum Intellectus notitiam accepit, eorum opus exhibeat voluntas. Divinorum Meditatio ad virtutem, imò ad cælum, non fallax semita est.*

CAPVT IX.

Quam utilis ac necessaria sit orationis & mortificationis mixtura.

Giglielmus Abbas Bernardi Claravallensis sanctissimos mores describens: Mirabatur, inquit Carthusianorum Prior, quod Dei famulus Bernardus foris oculos ita circumcidisset, intus animum ita occupasset, ut quod ipse primo aspectu offenderebat, hoc ille tantu itineris spatio non vidisset, quo nimirum equo, quo ephippio uteretur. Sic etiam ait, iuxta Lacum Lemannum à totius diei itinere proficiens, tum penitus non vidit, aut certe se videre non advertit.

adverit. Cum enim vesperi de eodem lacu socii colloquerentur, interrogabat illos Bernardus, ubinam ille lacus esset? Quam interrogacionem nemo non plurimum mirabatur. Quod si vir iste religiosissimus, adeo in sua statione oculos continebat, adeo sanctis cogitationibus mente distinxerit, indubie cum Deo permanenter & attente colloqui novit.

Bernardo hac in re jungendus Franciscus Assisiensis, qui grande piaculum censuit, inter precandum aliena a precibus cogitare: quod si tale quid ipsi contigisset, mox sacrâ Confessione id studuit eluere. hinc ab ejusmodi musis raro infestabatur. Sub venum jejunium, vir sanctus vasculum concinnarat, otio vitando. Sed eo ipso tempore quo preces canonicas recitarat, arcula illa lignea diversi cogitationibus precatiis annuntiata laetissimis: idcirco eam Franciscus mox in ignem abjeciens: Illi, ajebat, hoc vasculum sacrifico, cuius sacrificium turbavit. Nempe intellexerunt hi vii sanctissimi, quid oratio attenta, & quam ea sit necessaria. Et idcirco nos istud laboris exhaustum, ut ostenderemus celestem Rhetoricam, seu recte orationem scientiam, & artem, & virtutem esse utilissimam.

Est autem inter eruditos controversia, quis sit finis Rhetoricae. Sunt qui dicant, Persuadere dictione. Alii, bene dicere. Utrosque putem non falli, eos minimè qui Rhetoriam fine suo insigniter potiri censem, si bene dicat. Nam ut in medicina finis est, ex arte & be-ne mederi, licet agricultorum aliqui non convalescent; ita prolus Rhetorica cœlestis præsum scopum attingit, si bene dicat, si recte peroret. Hoc fine obtento nunquam alter desse solet, qui est, dicendo, ac orando persuadere. Deus oratorem bonum nunquam non exaudiit, ut supra demonstratum est. Nunc illud Angelii ad Tobiam ingerimus: *Bona est oratio cum jejunio & elemosyna, magis quam thesauros aurum reddere.* Hic explicandum, quam non solum utilis sit, sed & necessaria orationis & mortificationis mixtura.

§. I.

E libri docent, & experientia testatur, eos subinde, qui plurimum orationis fundunt, minimum habere patientiae, atque ita nonnunquam precatores eximios esse homines impotensissimos. Hinc illud Asceratum: Periculorum est habere donum Orationis & non habere donum Mortificationis. Deus solim per Isaiam gravissime querit. Ne, inquit, offeratis ultra sacrificium frustra: incensum ab omni natione mihi. Non menem & Sabellum, & secessitates alia non feram; inquit sunt carnes vestri: Calendas vestras & solemnitates vestras dividit anima mea: facta sum mihi molesta, laboravi sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaveritis orationem, non exaudam.

Vbi, obsecro, defesus, ubi error, mi Deus? Non equidem putabamus orationes & sacrificia nostra esse gratissima. His Deus per eundem suum interpretem, Isaiam respondet: *Lazamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrum ab oculis meis: quicquid agere perverse, disceite lenefacere: quod rite iudicium, subvenite oppreso, iudicate pupilo, defendite viduum. Et venite, & arguite me,* dicit Dominus. Illius vos opinionis estis modò prolixas orationes texatis, modò plurimum thuris afferatis, modò lingua & os fatigatis, omnia fore salva. At vero cum vestra tribulacionia, cum curia, cum domus, cum corda vestra inspicuntur, violencia, fraudes, iniustitia, similitates, odia & invidia illuc regnare comprehenduntur.

Hoc est suspicere calum, & scribem incidere, mulum orare, sed nihil imperare cupiditatibus; linguam exercere, sed scipsum non frangere; os habere facundum, sed animum indomitum. Itaque periculum est habere donum orationis, & carere dono mortificationis. Quid juventur tabernacula selectissimis virtutis

instruere, & subito arrepto fuisse omnia jugulata? Miles initor, qui suis fœsi mercibus sic fraudat.

At qui certum est, quemadmodum oratio hominem reddit promptum & agilem ad sui victoriæ & reddit homines honestas actiones, ita mortificatio sive sui vita minima etiam mirifice disponit ad orationem. Ab exemplo promptiores patet: Vbi nullum est in gulani imperium, ubi decit temperantia, ubi corpus plerumque serculis mortificatum, qui tandem serena & seria possit esse oratio, rotne vernebulis impedita, tam crebris tenebris immerita ad orationem. Dicitum vetus ac plebeium, sed non fallax est: Plenus ventus, non stude libenter. Patina ac pocula septent liberos. Vbi vixtus copiosus, ibi cogitationes & sensa nebulosa. Ita loge rectius dicimus: Plenus ventus non orat libenter. Etenim operosius est orationi, quam litteris vacaret, cum recte orare, quod supra documentum, sit omnium difficultissimus labor. Hinc more ab Apostolis recepero, cum prolixius vacandum est orationibus, plus etiam dandum est jejunis, quod Ecclesia verni jejunii tempore observat.

§. II.

Vita nostrâ non absimilis horologio, maximâ rotularum varietate instruitur: quod si unica illa stra est sum hæreat, hæret omnes, & horologium aut orationis horologio, aut sine lege turbatoque cursu mouetur: sic oratio humanae vita primaria & directrix rotula, sed non folia. Nam & Prudentia, & Temperantia, & Misericordia, neconon Patientia, & ejusmodi virtutibus horologium illud regitur; haec virtutes orationem juveni, & illas oratio. Altera alteram trahat, mutuis enim eunt in pulibus.

Veteri jactatur verbo: Amissa soleat cadit equus, equo cadente cadit & eques, cadente equite tota ruat equitatio. Nam haec ita cohaerent, ut si equus ferreum amittat calceum, cespitare incipiat, aut claudicare, cespitos equus ad lapsum pronissimus, equi lapsus periculum creat equiti, cum periclitatur eques, periculi societas ad equum transit; sic ambo simul concidunt. Ita prolus si oratio minus attenta, si frigida, si neglecta sit, vix illius mortificationi, vix alii honestæ actioni locus erit; tolle orationis adminicula, & intermoritur oratio. Itaque negligenti quodcumque non summa plurimum malorum in vitam invenit.

Cithara vel testudo compluribus gaudet fidibus, chorda unica non facit concentum musicum: sic & oratio, fidum primaria, sed non sola sit, opus est etiam temperantia & sensum custodiæ, continuâ opus est patientia & sui Victoria.

Sed indagemus causam, unde haec labes oriatur, Cur aliqui ut quidam grandi studio in oratione iucundant, mortificationem ex toto negligant. In promptu causa studio in est. Habet aliquid suavitatis oratio; mortificationis indeoles austera est & acerba: oratio velut dulcarius panis, aut placenta ex amygdalis, quæ melle & saccharo inspergitur, facilius reperit emporem, jam ante gligant.

pronas invitat manus: at vero mortificatione velut luxum hordeum aut pulmentum avenaceum, quod majores apud Medicos laudis, quan apud alios usus est, commendatur largiter, sed parce tangitur: ita reperias non paucos, quibus jucundum est horas complures in templis hærente, sphærulas precatorias decurrere, precatores libellos evolvere, omnium Divorum genua incerare: at ubi his ipsiis non gravis molestia, ubi levis injuria, ubi duriuscula aliquot verba sunt concoquenda, hem quantum luctantur & nausantur, hæret in fauibus aspernum pulmentum:

net glutire quidem, nedum digerere possunt, tam acerbos, ut putant bolos. Vide, oro, hos sanctulos, qui orationis plurimum, nihil habent mortificationis; dulcarias solum placentas esitant, apage ave-

Nam, apage hordeum, orare cupiunt, pati recusant; sed revera nec bene orabant, qui mente tam iniqua patientur. An non vel unde liquet, quā sit necessaria orationis & mortificationis mixtū?

Ludovicus Granata vir religiosissimus, ejusmodi homines, qui multe quidem orationis, sed mortificationis sunt exiguae velut penicillo depingens. Habent, inquit, calendarium sua devotionis sc̄rumque precum; his omnia cedant negotia, necesse est; non dormiunt, dum has absolverint; quidquid jačtū fiat in aliis, modo suas illi precatiunculas recitant. Dixit esse homines orationis multa. Sed arcas eorum inspicie veste plurimā oneratas, horrea illorum ingredere, quae plurimū annorum segetes stipant, cistæ & crumenas resera argento & auro resertas. At illi tam pii homines sident famelicos, macti vestitos, ære alieno pessimos pauperes, nec obolo juvarent: vestes acervant pro tinearum pescuis, frumentum cariori servant annona, aurum captivum in carcere contrudunt, casibus futuri grande solatium. Sed & horum corda per Momi beneficium intueri, deprehēdes atrocem iram, invidiam robustissimam, similitates multi temporis, odia in veterata & penitus insita; similesque animi pestes: subinde studio nomina à se contrafacta non expungere, æs alienum non disolvere sustinere, aut avaritiam, aut nimia negligentiā induci, aut certe ne alias videantur divites. Subinde annis compluribus non gravi offensā lāsi, nec salutare quidem dignantur, quos oderunt. Quod si eos vel aljena premat invidiosa, aut levis despēctus tangat, impatientissimi sunt. Arduum quid ac difficile aggrediendum? sunt timidiissimi. Mox manus retrahunt: devotionem suam impediri ajunt. Quid hoc, oro, aliud est, quam multis orationibus se fatigare, & nihil virtutis emendare, nemini quidquam indulgere, sibi omnia, omnibus alijs acriter velle imperare, sibi nihil? hoc equidem est languorem pedum curare, & sedam capitū porrigiū neglegere.

O sancti, ô precatores magni mixtū, quam diximus, non fit oratione solā, sed & mortificatione. Bonā est oratio, sed cum jejuno; optimè facitis, cum preces extenditis, sed pessimè agitis, cum cupiditates & libidines, cum vitiorum ex Adamo traduces vigore ac florere finitis. Mortificationem orationi jungite, & magni nobis non Pharisæi, sed Bartholomæi eritis. Dicū Domini nostris: Non emis, qui dicit nisi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei.

Ea, quae non solida & vera est devotione, caret iustitia fundamento. Nam cùm humanae vitæ sit finis observationis legis, oratio autem ad hunc finem sit modus & via, luculentus error est, viam pro vita termino complecti. Finis ac scopus poster, lex Dei est, & sanctissima Ius voluntas; ad hanc autem Oratio & Mortificatione duces sunt, & separari sequuntur. Mortificatione calcem amariorēm ingerit, & haerit perstringet; ut facilis perhaeratur, condit enim oratio.

S. III.

Dux aræ
in templo
Salomo-
nis, Incessi &
Videtur
orationis
& morti-
ficationis
effigies.

Cant. c. 4.
v. 6.

Geminæ visabantur aræ in Salomonis templo, una erat Incessi, Videlicet altera. Præclaræ Orationis & Mortificationis effigies. Neque enim satis est altare, in quo thura odore que incendantur, sed & aliud statuendum est, in quo pecudes & hostiae cœdantur. Qui preces fundit, optimos odores spargit; qui cupiditates suas excindit, hostiam immolat, dum se ipsum vincit.

Cœlestis sponsa destinatum iter prosecutura: Vadam, inquit, ad montem myrræ & ad collum thuri. En iterum Orationis & Mortificationis non obscuram imaginem. Sed cur, obsecro, in colle thura, in monte myrræ

ram ait crescere? Profectò non gratis id dictum censeamus, eūnū sacri codices nullos nec quidem apices habeant supervacaneos.

Ita rectissime collem thuris, & montem myrræ Cur col- nominatponsa. Facilius collis quam mons conscen- lem thermis ditur, imò collis ad montem via est: ita prorsus Ora- & mōrem myrræ nominet. Ita collē horā unā superat, at verò per mortificationem fēmita est; hinc & facilius est orare, quam cupiditati ac libidini suā imperare; sua vius verba fundere, quam animum frangere, illud col- liculus, hoc mons est. Atque hoc oct̄. colliūcēre facil- limū. Quisquis salutare sui odium non habet, & se ipsum non audet desplicere, is certe jucundius horā integrā orat, quam ut injuriosum verbum vel unicui admittat. Ita collē horā unā superat, at verò per montem myrræ vix hebdomade unā aut mense totū el̄stat; mordaciū dictum, quod in se jactari audit, multo tempore concoquere nequit. Nimirum thus suavè fragrat, sed myrra mordet. At nos mulceri cu- pimus, non morderi. Ita de pluribus cum S. Ignatio dici potest: Homines sunt multæ orationis, sed non multæ mortificationis; colliculum thuris non invitadeunt, sed arduum myrræ jugum, difficillimē trans- scandunt.

Quād autem hoc verum sit, quivis explorare potest, seipsum ita perveftigando: Dic, quantum in Sub- missione ac Humilitatis studio promoveris? Si quid injuria tibi accidat, quam æquo id animo perfers? quā aliena debilitati concedere, qui necessitatī succurrere, qui fædenti veniam dare, qui afflictionum commisere, fecere dicidisti? Dic, quomodo lingua frenare, carnis petulantiam somare nōl? quantum spei quantum- que fiducia in Deum geris, præfertum cum tempeſ- tes ingrunt, cum volat fulmina, cum adversa irrunt? quālo sum ambitionis, nū philautiæ & proprii amoris in te aliquid expugnasti? An non affectus tui etiā in te vivunt integrerim? En myrra montem, in mortificatione arduum trahit: Ascende. Sed sine pudore non penetrabis illuc: a colle thuris, ad clivum myrræ itur. Ideo oramus, ut cupiditatibus imperare possimus; alterum alterius subtiliis gaudet.

Hanc Orationis & Mortificationis mixturam de- notans Chrysostomus: Qui pulsat osium, inquit, non tan- Chrysostomus, lam voce, sed manu clamat. Qui forēs cali ferire cupit, hom. 17. a non tantum Orationis vocem, sed & mortificationis e. 7. Matth. manū adhibet. Bona est oratio, sed bona est cum jejuno Tob. 4. 11. & eleemosynā. At vero jejunare velle, sed nolle carnem macerare, est velle piseari, sed aquam refugere; Ama- re Orationem, sed disce Mortificationem, labor irritus. Eamus, dum licet, ad thuris collē, & ad myrra montem, dum perveniamus in amēnissimos, & pen- sies cœli hortos.

S. IV.

Quid causæ est, quod spiritus divinus, pector ex- Cur assi- cellentissimus, cum animæ formosissimæ simu- lacrum veramque effigiem in Canticorum Canticis ticoū ē expressisset, nūl as ei manus appinxerit; at verò in Sa- lomonis proverbii manus ei plurimis penicillo ap- posuerit. Hinc illa crebrus ingeminantur: Operata est pector, in consilio manuum suarum: De fructu manuum suarum planta- Proverbii v. 7. vineam: Manum suam misit ad fortia: Manum suam autē ma- aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: Date ei nus eis p- de fructu manuum suarum. Cur hic tot se manū ex- polita, ē runt, alibi nullæ? Ratio non obscura est: In Canticis Proverbi. 13. 6. depingitur anima, quæ cum Deo miscet colloquium, seg. & tota orationi vacat: quia tamen etiam prodeun- dum ad actionem, quia Mortificatione jungenda Ora- tionis, numerosis sanè mapibus est opus, ut non tantum docere possit, sed & facere, ut non solū verba fun- dere, sed & opera monstrare velit. Inanis est oratio, ubi nulla mortificatio, vel ubi prava est actio.

Hoc

*Aug. 10 m. 2.
10. 1. 1. ad
Probam fin.
Chrys. 10. 2.
in cap. 17.
Matth. 10.
18. miss.
pag. 428.*

Hoc Augustinus clarissimè testatus: In jejuniis, in
quit, & vigiliis, & omni castigatione corporis quamplurimum
adjuvatur oratio. His partia sunt, quæ Chrysostomus di-
xit: Qui orans jejunit, binas possidet alas, quibus ventos ipsos
volando prætervehitur: Non enim oscitat, nec torpet orando,
qua multi patiuntur: sed igne ardenter & texa superior est,
quare terribilia hostis à dæmonibus redditur. Nihil est enim homi-
ne probe orante potius.

Vacuus autem intrat ante Deum, qui veniens ad
orationem, nullam eleemosynam facit. Eleemosyna
preparatio est orationis. Item jejuniu[m] est adiutorium
orationis, quia oratio sine jejuniu[m] gracilis est, & infi-
ma. Nam oratio illa est fortis, quæ fit in spiritu humili-
li, & corde tribulato. Spiritum autem humilem & cor-
contribulatum habere non potest, qui manducat & bi-
bit, & deliciis fructu. Ideo quandocumque Sancti
prò aliquâ necessitate voluerunt exorari Deum, jejuni-
num cum oratione conjunxerunt: sicut Daniel & ce-
teri. Vnde, quia virtus orationis jejuniu[m] est, nunquam
separantur ab invicem, sed ubique simul ponuntur.
Oratio & jejuniu[m] à morte liberant. Sicut nec miles
sine armis est aliquid, nec arma sine militi: sic nec
oratio sine jejuniu[m], nec jejuniu[m] sine oratione. Nam
virtus orationis est opus iustitiae. Oratio autem quasi
suavis odor est operis boni. Sicut ergo res aliqua sine
odore potest esse, q[uod] oratio autem sine re aliqua esse non
potest: sic opus sine oratione aliiquid est, oratio au-
tem sine opere bono nihil est: & si oras, non ex fide
oras. Ita Chrysostomus verbum è verbo expressit.
Mortificationis mixtura oratione planè necessaria.

In liquido est, plus illum obtinere gratiæ, qui am-
phorem munierit viam ad obtainendam gratiam. At-
qui nemo inficiari poterit, eum in hoc agendo totum
esse, qui corpore simul & animo le gratiæ divinæ di-
gnum fixerit. Multi Deum querunt, sed non qua-
runt toti. Vere, inquit Augustinus, tunc cib[i] Deus aten-
dit, quando ipsum queris, non quando per ipsum aliud queris.
Quod Dei iussu Prophetæ Hieremias & Iœl procla-
mant: Quaretis me, & invenietis, cum quisieritis me in to-
to corde vestro. Conseruamini ad me in toto corde vestro, in
jejuniu[m], & in siti, & in planctu. Non solum hic oratio-
nem, sed & mortificationem, idque acriori mandato
exigit. Hinc Daniell tam benevolum è celo submis-
sum est responsum: Quia posuisti cor tuum ad intelligentiam,
in te effigies in confectu Dei tui, exaudita sunt verba tua.
Quotiescumque denum facri codices Israëlis popu-
lum non solum orationibus, sed & jejuniis afflictum,
simil etiam exauditum commonstrant. Cui confir-
mando auit matrem Christi secretis affabibus Hassæ
principi Eliabe ha[bi]tæ dixisse: Credere mihi filia, nulla fe-
re gratia in hominis animam nisi per orationem &
corporis afflictionem descendit.

Ita nimium Deus è fortunæ bonis eleemosynæ
è corporis bonis jejuniu[m], è bonis animi orationem
peccat. Hoc dignum Deo sacrificium est. Quocir-
ca summe necessaria est Orationis & Mortificationis
mixtura: Laudandus Deus non solum in choro, sed
& in tympano.

CAPUT X.

De orationis loco ac tempore de situ corporis inter orandum.

*Aug. 10 m. 2.
10. 1. 1. ad
Probam fin.
Chrys. 10. 2.
in cap. 17.
Matth. 10.
18. miss.
pag. 428.*

Iudas cum Socrati orationem, quam in ejus de-
fensionem compofuerat, recitasset: Praeterea, in-
quit Socrates, & elegans est oratio, sed Socrati non
convenit. Erat enim aprior fôro, quam Lyceo, cau-
ſidico convenientior quam Philosopho. Per contra
erat ergo Lysias, cur si bonam terramque judicaret
orationem, eam sibi non convenire crederet? Cui

A Philosphus: Nónne, inquit, fieri potest, ut calcus
pulcher & elegans sit, pedi tamē gracilior minus
conveniat? quo dicto significavit, tanto meliorem fo-
rē orationem, quanto esset temporis, personis, loco
congruentior.

Et Oratio, de quâ loquimur, se nullâ peccet, nunc
etiam de Orationis Loco & Tempore, & de corpo-
ris compositione ad orandum accommodatiore dif-
feremus.

§. I.

C Vm Hebreus populus seditione regem petere
infisteret, quod Regum fasti memorant, audivit
Samuel omnia verba papuli, & locutus est ea in auribus Domini.
Secretum amat oratio, cubiculum quartus, ostium
cludit, & canticum excludit. Hypocrita & variegato
tergor sceliones amant in Synagogis, & in angulis platea-
rum stantes orare, ut videantur ab omnibus.

B Longè aliter
viri sancti, quos Gregorius commendans: In auribus
Domini loquantur, illequit, ut dum hominum testimonia oran-
tes fugient, ab eo qui occulta reficiunt, celestis audiuntur. Nam
pervenire ad Deum oratio nequam potest, que ex inten-
tione promittit, ut ab omnibus agnoscatur. Idcirco Samuel
ne suam cum Deo familiaritatem ostentaret, in auribus Domini, hoc est, loco secreto, arbitris remouens, so-
rensi strepiti excluso, cum Deo locutus est.

Ita Moses pro Pharaone oraturus, à Pharaone abi-
tum parans: Egressus à te, inquit, orabo Dominum. Quod
idem denud alleveraps: Cum egressus fuero, ait, de urbe ex-
tendam palmas meas ad Dominum. Idcirco quandiu ta-
bernaculum medio castrorum sterit, Deus cum Mo-
ses parcus egit. At ubi Moses, tolens tabernaculum, tetendit
extra castra procul, tunc loquebatur Dominus ad Mose[m] facie
ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Ita Moses
& Aaron oraturi Dominum, prius dimisâ multitudine
ingressi sunt in tabernaculum fideles. Hinc est quod

C Deus Abraham velut primæ admissionis amico
quiddam arcani commisurus: Eduxit eum foras, & ait Gen. 15,
illi: Suspicere cœlum.

Christus Dominus ipse, dimisâ turbâ ascendit in mon-
tem soli orare. Chrysostomo teste in nostrum id exem-
plum fecit, ut tam à tempore quam à loco trāquillitatem oran-
di queramus. Tranquillitas quippe mater exercitii est, quietis c. 14. Matt.
portus, omnis perturbationis expultrix. Propterē Servator pag. 376.
hunc morem tenuit, ut oratus fugeret humanos cœ-
tus, & loca solitaria frequentaret. Quid Lucas 80
Ioannes apertissimè testantur observatum à Domi-
no, ut ab omnibus turbis oraret solus. Hinc cénâ ultí-
mâ jam clausâ, Egressus ibat secundum consuetudinem in

D montem Olivarum. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, v. 39.
locum, quia frequenter Iesus convenierat illic cum Discipulis Iona. c. 13.
suis. Sic autem orandi solitudinem amat, ut non fo-
lum à turbis, sed ab ipsius etiam comitantibus Dif-
cili pulis avulsus, cum Patre solo solus loqueretur.

Sed cur, mi Domine, in montes oratus abis, cur
Gethsemani eligis, cur olivetum noctu ingredieris?
Placuit nimur loca deserta divinâ præsentia sacra-
re, solitudinem in orationis portum convertere, pla-
cuit homines orationis amantes illuc evocare. Quod
Osee olim promittens: Ducam eam in solitudinem, in-
quit, & loquar ad cor eius. Quod Hugo Victorinus di-
lucidans: Scrutemur, inquit, scripturas, & inveniemus vix Hugo de S.
aut nūquid Deum locutus fuisset in multitudine, sed quoniam Victor. l. 4.
cinq[ue] imotescere voluit aliquid dominib[us] nō gentilib[us] & po- de Arch.
pulis, sed vel singulis, vel acommodi pauci, & à communi homi- Noe. c. 4.
ni frequentia segregatis, vel per nocturna silentia, vel in campis
& solitudinibus, & montibus, & vallibus se manifestavit. Sic
locutus est cum Noe, cum Abram, cum Isaac, cum Iacob, &
cum Mose & Samuele. Quid est quod semper loquitur in secreto
Deus, nisi quod nos ad secretum vocat? Et quid quod cum pa-
ciis loquitur, nisi quod nos colligat & unit?